



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Svmma, Sive Avrea Armilla Bartholomæi Fvmi Placentini,  
ordinis Prædicatorum, ac hæreticæ prauitatis Inquisitoris**

**Fumo, Bartolomeo**

**Antverpiae, 1570**

Fevdvm.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30427**

rāliter peccat, & existens in gratia, referte se actualiter in Deum ex praecēto. Sil. verō in verb. dominica. §. 6. te- net contrarium, & rationabilius, vt supra hic est determinatum, ideo hīc tenendum, ut etiam C. ibi.  
<sup>27</sup> S A B B A T U M non est feriandum, ne videamur iudaizare, nisi propter aliquod festum occentrens, vt patet in ea. peruenit de cons. d. 3. contra quod quidam diebus nostris, sub fictione reuelationis factæ à beata Maria vi- gine, efficere volebant.

FEVDVM.

**F**EVDVM: quia est materia perti- nens potius ad forum seculare, quam ad confessores, prætermitto. Si quis tamen voluerit de hoc infor- mari, vadat ad rubricas de feudis, vi- deat summistas in suis locis. An reli- giosus succedat in feudu, vide Od. in authen. ingessi. C. de fac. sanct. ecclie.

FICTIO.

**F**INGERE aliquid, id est, ostendere dicto, vel factō, quod non est rei veritate, est speciale peccatum virtuti veritatis oppositum, si ex hac intentione fiat: secundum Thom. 4. sen- tent. distinct. 4. q. 3. arg. 2. quolib. 2. ad 1. Et potest esse peccatum mortale secundum intentionem fingentis, & no- cumentum, sibi, vel proximo illatum, sicut de mendacio dicetur. infra, Si- mulatio. §. 1.

**F**ICRIO ip sacramentis peccatum mortale est, quia sacrilegium cōmittitur, cum fiat notabilis iniuria sacra- mento, vt cum quis fingit confiteri, vel consecrare.

**F**INGERE ad aliquid significan- dum maximè vtile animæ, non est cōtra veritatem, & consequēter nec pec- catum, sicut quando Christus fixit se longius ire, & ut sèpè faciunt prædi- eatores: infra Simulatio. §. 1. Non est Idem fictio iuris, & præsumptio: quia primum cum veritate stare non po- test, secundum verō sic. C. de rei. vxo. act. l. vñica.

FIDEI VSSOR.

**F**IDEI VSSOR est: qui alienam obligacionem in suam fidem reci-

pit principaliter tamē manente obliga- to. inst. cod. tit. in prin.

<sup>2</sup> F I D E M iubere potest qui libet ha- bens suorum bonorum liberam admi- nistrationem: vnde mulier non po- test pro viro fidem iubere. ff. ad se. consu. velle. libr. 2. in gloss. neq; etiam pro altero. l. quamvis. ff. ad Velle. nisi in sex casibus, qui ibi ponuntur à Tabul. ibi. §. 1.

<sup>3</sup> C L E R I C U S nullo modo secundū veriorem opinionem potest pro laico fidem iubere. capitul. 1. cod. tit. & 17. q. 1. can. te quidem in tex. & in gloss. nisi in casu necessitatis, in quo obliga- retur subuenire indigenti. cap. viden- tes. 1. 2. q. 1. Pro ecclesia tamen, vel pro alio clero potest, vt inca. 1. cod. tit. & si fidem iubeat obligatur. ea. perue- nit eod. titul. tamen de proprio patri- monio, vel redditibus beneficij, quosfe- cit suos: non autem in præjudicium ecclesie, vt limitat Host.

<sup>4</sup> F I D E M iubere non potest religio- sus. inst. pe. eod. titul. etiam si esset Ab- bas, nisi hoc fiat de licentia abbatis, & assensu majoris partis capituli, vt ibid.

Non enim habent aliquod proprium

de quo possint disponere.

<sup>5</sup> H A E R E S fidei vssoris obligatur, si- cut & fidei vssor. 1. potest accipi. ff. de fidei vssor. Et quia successor prælati, non est eius hæres, ideo non tenetur. arg. eorum quæ dicuntur, secundum Hos- tiens. suprà, quia non in præjudicium ecclesie.

<sup>6</sup> S O C R A T E S promiserat præsen- ta re Titum sub pena c. ducentorum: postmodum Titius commisit cri- men, pro quo fuit damnatus ad mor- tem, vel bannitus, & ipse fugit, si So- crates fuit in dolo, vel lata culpa re- spectu maleficij postea perpetrati, in conscientia tenebitur damno proximi: securi sī nō fuit in culpa. Talis casus Bononiæ accidit, & ita fuit conclu- sum, vt not. Tabul. ibi. §. 1. Et est ca- sus in l. sed & si quis rei. ff. si quis cau- in principio.

<sup>7</sup> S I reus decapitandus fugiat, qui pro eo fidem iussit, non decapitabitur si non fuit in dolo, sed pecunialiter pu-

ſ 3 nietur,

